



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 76. Congregatio Ferrariæ habita coram ipso Pontifice.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

Lugd.
arim, E.
mMont-
n ad Ar-
ctus et.
mille-
secundo
st, dab
es indi-
anslatio-
aberent
Pontifice
Forojo-
æ urbes
ciplinam
osteal
incitæ Co-
à Euro-
ræfentia
eritatem
præmis
privile-
atenſi c-
firmavit.
ſificantia,
anno mil-
io sexto
ura, &
erarium
o, ac e-
s trans-
eſſit, di-
ſtumque

etumque Concilium auctoritate sua con- Sæcul. XV.
tinuari voluit (*). A.C.1438.

§. LXXVI.

*Congregatio Ferrariæ habita coram
ipso Pontifice.*

Exinde cum Papa Eugenius die vigesima septima Januarii Ferrariam delatus esset, die octava Februarii habita est Congregatio, cui ipsemet Pontifex præfuit, assistantibus cunctis Cardinalibus, Episcopis, atque Doctoribus, in qua prolatis contra Basileenses querelis declaravit, se quidem innocentia sua sat tutum esse, nihilominus si vel ipse, vel sui cuiusdam criminis rei invenirentur, submittere se libenti animo Patrum correctioni; ceterum hortari se omnes, ut & ipsi sese prudentiæ laude ac morum probitate ad ceterorum exemplum commendabiles redderent. Die vero decima Februarii in alia Congregatione Generali coram Jordano Ursino Cardinale, quem Eugenius

(*) Addit Spondanus ad hunc annum num.
II. præcipuum fane illius Synodi column, abs-
que cuius auctoritate post abſcessum omnium
Cardinalium ac præcipitorum Antiftitum, reli-
qua remanentium colluvies dissipata ac sponte
dilapsa evanuiffet.

Sæcul. XV. nius, utpote ceteris Cardinalibus anti-
A.C. 1438. quorem, Præsidem Concilii nominavit
quædam statuta fuere condita de modo
quem Cardinales, Episcopi, & Regun
ac Principum Oratores, necnon Curia
Romanæ Ministri observarent.

§. LXXVII.

Ordo sedendi stabilitus.

Sequens igitur erat ordo præscriptus
Cardinales, Patriarchæ, Archiepisco-
pi, & Episcopi sedeant secundum digni-
tatum suarum jura, ac ordinationum
tempora, quatuor Patriarchalibus sedi-
bus tantummodo exceptis, quæ juxta ju-
ris dispositionem suum quæque locum
occuparent. Abbates generales, qui a-
lios sibi subjectos haberent, mox primum
ab Episcopis, Electisque confirmatis ob-
tineant juxta tempus, quo inauguri-
fuerant. Prælati majores, qui simul Re-
gum ac Principum Oratores essent, in e-
dem gradu & ordine sedendi præve-
dant ceteros Prælatos Oratorum præ-
rogativa destitutos (Patriarchis duntaxat
exceptis); Oratores autem non Prælati,
ac Laici cujuscunque Ordinis in navi in-
ferioris Ecclesiæ a dextris & a sinistris
collocentur. Ceteri omnes Officiales Ca-
riæ, Generales Ordinum, Episcoporum
absen-